



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare anni DCCLXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARE ANNI DCCLXXIX.

*INCIPIT DECRETVM KAROLI
preciosi Regis Francorum.*

Anno feliciter undecimo regni Domni nostri Karoli gloriosissimi Regis in mense Martio, factō Capitulare, qualiter congregatis in unum synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, virisque iustis tribus Comitibus, una cum piissimo Domino nostro, secundū Dei voluntatem, pro causis opportunitis consenserunt decretum.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. *Vt suffraganei Episcopi subjecti sint
Metropolitanis.*
2. *Vt Episcopi ordinentur ubi non sunt.*
3. *Vt monasteria regularia regulam custo-
diant.*
4. *De porefate Episcoporum super Presby-
teros & Clericos.*
5. *Vt Episcopi incestuosos emendent & vi-
duas.*
6. *De alterius Clerico Episcopi non recipien-
do nec ordinando.*
7. *De decimis dandis & per iustitionem Epis-
copi dispensandis.*
8. *De iis qui mori debent, ut ab Ecclesia
non defensetur.*
9. *Quod hinc de latronibus faciendum sit.*
10. *De perjuriis.*
11. *De latronibus iusti peremptis, & de ho-*
- minibus iusti punitis.
12. *Vt ea conserventur que in placitis & sy-
nodis Pippinus Rex constituit.*
13. *De nonis & decimis vel censu Ecclesiarum.*
14. *De trutie non facienda.*
15. *De tributariorum Ecclesiarum.*
16. *Vt sacramentum pro gildonia non fiat.*
17. *Vt itinerantibus nullus impedimentum
faciat.*
18. *De teloneis forbannitis.*
19. *Vt mancipia non sine testibus vendantur.*
20. *De loricis extra regnum non vendendis.*
21. *Qualiter de comitibus vel vallis dominicis
iusticias non facientibus agendum sit.*
22. *De his qui pretium pro fida recipere &
iustitiam facere nolantibus.*
23. *De latronibus bis per membra & tertio
per vitam puniendis.*

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

*Vt suffraganei Episcopi subjecti sint
Metropolitanis.*

- Add. 1 v. I. **D**E Metropolitanis, ut suffraganei Episcopi eis secundum canones subjecti sint, & ea quae erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendente atque corrigant.
- Vt Episcopi ordinentur ubi non sunt.*
- Ibid. 11. II. De Episcopis, ut ubi in prasens ordinati non sunt, fine tarditate ordinentur.
- Vt monasteria regularia regulam custodiunt.*
- Ibid. 11. III. De monasteris quae regularia fuerunt, ut secundum regulam vivant, nec non & monasteria puellarum ordinem sanctum custodiant. Et unaquaque Abbatissa sine intermissione in suo monasterio residet.

De porefate Episcoporum super Presbyteros & Clericos.

IV. *Vt Episcopi de Presbyteris & Cle-
ricis infra illorum parochiam potestatem
habeant secundum canones.*

Vt Episcopi incestuosos emendent & viudas.

V. *Vt Episcopi de incestuosis homini-
bus licentiam habeant emendandi, seu &
de viuidis infra suam parochiam potestat-
em habeant ad corrigendum.*

*De alterius Clerico Episcopi non recipiendo
nec ordinando.*

V I. *Vt nemini liceat alterius Clericum
recipere nec ordinare in aliquo gradu.*

*De decimis dandis & per iustitionem Episcopi
dispensandis.*

V II. *De decimis, ut unusquisque suam*

197 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 198

decimam donet, atque per iussionem Pontificis dispensentur.

De reis qui mori debent, ut ab Ecclesia non defensentur.

Ibid. 126. **VIII.** Ut homicidae & ceteri rei qui legibus mori debent, si ad Ecclesiam con fugerint, non excusentur, neque eis ibi dem vietus detur.

Quaeritur de latronibus faciendum sit.

Ibid. 128. **IX.** Ut latrones de infra emunitatem illi judices ad Comitum placita praesentent. Et qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat. Et qui beneficium non habuerit, bannum solvat. Similiter & vassi noſtri, si hoc non adimplerent, beneficium & honorem perdant.

De perjurio.

Ibid. 129. **X.** De eo qui perjurium fecerit, nullam redempcionem det, nisi manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad crucem. Et si iurato r vicerit, legem suam accusator emendet. Hoc vero de minoribus causis ob servandum. De majoribus vero rebus, aut de statu ingenuatis, secundum legem custodian.

De latronibus iuste peremptis, & de homini bus iuste punitis.

Ibid. 130. **XI.** De vindicta & judicio justo in latrones facto testimonio Episcoporum abs que peccato Comites esse dicuntur, ita tam en ut absque invidia aut occasione mala nibil aliud ibi interponatur nisi vera iustitia ad perficiendum. Ille vero qui per odium, aut per malum ingenuum, nisi pro iustitia facienda, hominem disfecerit, honorem suum perdat, & legibus contra quem iuste fecerit, secundum poenam quam intulit emendet.

Ut ea conserventur que in placitis & synodis Pippinus Rex constituta.

Ibid. 131. **XII.** Capitula vero que bonae memoria genitor noster Dominus Pippinus Rex in suis placitis constituit & in synodis, conservare volumus.

De nonis & decimis vel censu Ecclesiarum.

Ibid. 132. **XIII.** De rebus vero Ecclesiarum, unde nunc census exeat, decima & nona cum ipso censu sit soluta, & unde antea non exierunt, similiter decima & nona cum ipso censu sit soluta, atque de casatis quinquaginta solidus unus, & de casatis triginta dimidius solidus, & de viginti tremissis unus. Et precarias ubi modo sunt renoventur, & ubi non sunt scribantur. Et sit discrecio inter precarias de verbo nostro factas & inter eas quas spontanea voluntate.

Tom. I.

tate de ipsis rebus Ecclesiarum faciunt.

De triste non facienda.

XIV. De triste facienda nemo praesumatur.

De tributariis Ecclesiarum.

XV. De ceraris & tabulariis atque Ibid. 133. chartulariis, sicut a longo tempore fuit, obseruetur.

Ut sacramentum pro gildonia non fiat.

XVI. De sacramentis pro gildonia in vicem conjurantibus, ut nemo facere prae sumat. Alio vero modo de eorum elemo synis, aut de incendio, aut de naufragio, quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare prae sumat.

Ut iterantibus nullus impedimentum faciat.

XVII. De iterantibus qui ad palatum Ibid. 134. aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo sit ausus adsallire. Et nemo alterius herbam defensionis tempore tollere prae sumat, nisi in hoste pergendo, aut Missus noster sit. Et qui aliter facere prae sumperit, emendet.

De teloneis forbanturis.

XVIII. De teloneis qui jam ante for banniti fuerunt nemo tollat, nisi ibi ubi antiquo tempore fuerunt.

Ut mancipia non sine testibus vendantur.

XIX. De mancipiis quae venduntur, Ibid. 137. ut in praesentia Episcopi vel Comitis sit, aut in praesentia Archidiaconi, aut Centenarij, aut in praesentia Vicedomini, aut judicis Comitis, aut ante bene nota testi monia. Et foras marcham nemo mancipium vendat. Qui fecerit, tantas vices bannum solvat quanta mancipia vendidit. Et si non habet pretium, in vadio pro ser vo semetipsum donet Comiti, usque dum ipsum bannum solvat.

De loricis extra regnum non vendendis.

X X. De brunias, ut nullus foras nostro Ibid. 138. regno vendere prae sumat.

Quaeritur de Comitibus vel vassis dominicis

iusticias non facientibus agendum sit.

X XI. Si Comes in suo ministerio iusti tias non fecerit, Missos nostros in sua casa sonare faciat usque dum iusticias ibidem factae fuerint. Et si vassus noster iusticias non fecerit, tunc & Comes & Missus ad ipsius casam se deant & de suo vivant quo usque iustitiam faciat.

De his qui pretium pro faida recipere & iustitiam facere nolunt.

X XII. Si quis pro faida pretium reci pere non vult, tunc ad nos fit transmissus, Ibid. 140. & nos eum dirigemus ubi damnum mini me possum facere. Simili modo & qui pro

N ii

Post caput decimum superioris Capitularis sequitur in editione Sirmondi caput de latronibus in custodiā missis : quod enim in nullo eorum exemplarium reperitur quo nos vidimus , nec in editione Bavaria , neque de-mum in Additione quarta Capitularium , ubi Capitulare istud refertur integrum , nos illud ab eo loco fulsum quem occupat in editione Sirmondi . Ne quis tamen conqueri posset a nobis aliquis prætermisum fuisse , heic extra ordinem possumus .

De Latronibus bis per membra & tertio per vitam puniendis.

Ibid. 142.

XIII. De latronibus ita precipimus obserendum , ut pro prima culpa non moriantur , sed oculum perdant ; de se-cunda verò culpa nafus ipsius latronis capuletur ; de tertia verò , si se non emenda-vertur , moriantur .

EXPLICIT DECRETVM

KAROLI REGIS.

De Latronibus in custodiā missis.
De latronibus qui in custodiā missi sunt , ut nullus iudex publicus pretium pendas . Et si hoc fecerit , honorem suum perdat . Et qui Ecclesiam infregerit moriatur .

DECRETALE PRECVM
QVORVNDAM EPISCOPORVM.

Qualiter pro Rege & exercitu ejus hac instanti tribulatione à fideli-bus in orationibus & eleemosynis Deo supplicandum sit .

Lib. v. Ca-pitul. c.
107. &
Add. iv. c.
243.

C apitulare qualiter institutum est in hoc Episcoporum conventu , id est , ut unusquisque Episcopus tres Missas & psalteria tria cantet , unum pro Domno Rege , alterum pro exercitu Francorum , tertium pro praesenti tribulatione . Pre-bbyteri verò unusquisque Missas tres , monachi & monachæ & Canonici unusquisque psalteria tria . Et biduanam omnes faciant , tam Episcopi , monachi , & monachæ , atque Canonici , atque eorum infra cafati homines , vel qui potentes sunt . Et unusquisque Episcopus , aut Abbas , vel Abbatisse , qui hoc facere potest , libram donet de argento aut valentem in eleemo-synam , mediocres verò medianam libram , minores verò solidos quinque . Episcopi , Abbates , atque Abbatissæ pauperes fa-melicos quarum pro ista stricitate nutrire debent usque tempore missum . Et qui

tantum non possunt , juxta quod possibi-litas est , aut tres , aut duos , aut unum . Comites fortiores libram unam de argen-to aut valentem donent in eleemosynam , mediocres medianam libram . Vafslus domini-nicus de cafatis ducentis medianam libram , de cafatis centum solidos quinque , de ca-fatis quinquaginta aut triginta unciam unam . Et faciant biduanas , atque eorum homines in eorum cafatis , vel qui hoc facere possunt . Et qui redimere ipsas bidua-nas voluerit , fortiores Comites uncias tres , mediocres unciam & dimidiam , mi-niores solidum unum . Et de pauperibus famelicis , sicut suprascriptum est , & ipsi faciant . Haec omnia , si Deo placuerit , pro Domino Rege & pro exercitu Fran-corum & praesente tribulatione Missa fan-cti Iohannis sint completa .

